Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-374208-p0001-2

Tomus XIII

Miscellaneor. Philolog.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-374208-p0002-7

10.

DEO TER OPTIMO MAXIMO
FELICITER ANNUENTE,

PRÆSIDE

M. JOHANNE ERICO OSTERMANNO, Græcarum Literarum P.P. & Coll. Philoſoph. p. t. Decano,

ad D. II. MARTII
in Auditorio Majori

EX PHILOLOGICIS GRÆCIS
diſputabit publice

M. CHRISTIANUS BORNITIUS
Wurzenſis.

WITTEBERGÆ
TYPIS MICHAELIS Wendt.
ANNO CIↃ IↃC L.

בע״ה

CUm inter cætera, quæ veritati obtendunt adverſarij, haud pauca, quin multo plurima ſint ex Linguarum reconditis petita; propoſitum nobis eſt, aliqua talium producere in præſens, & quantum illis debeatur, pro virili noſtra diſpicere. Non ut plenam eorum inſtituamus commentationem, quam ad Theologicum forum merito remittimus; Sed vel indicatis ſaltem autorum, quibus habentur, locis viſuri per concurſum, quid roboris habeant ea, quæ ex Philologorum Scholis deprehenduntur in eam rem accepta. Sit ergo cum bono DEO

Pos. I.

Verbum Ευαρεστεῖται C. XIII. v. 16. Ep. ad Hebr. male *a* redditum a Vulgata per *promeretur* eſt, ac toto cœlo errant eandem qui d. loco defendere conantur. *b*.

a. v. B. Gerh. comm. in h. l. Dn. D. Hülſem: animad: in Bell. T. 1. l. 1. c. 5. p. 118. Dn. D. Calov. in Aug. Conf. p. 690. Chamier. Panſtr. T. 1. L. 14. c. 13. p. 259. Witak. de S. S. contr. 1. q. 2. p. 197. Frauc. Jun. animad. in Bell. T. 2. oper. p. 467.

b. Eſtius & Corn. a Lapide in h. l. Bell. l. 2. de V. D. c. 14. p. m. 46.

II.

Συναγωγὴν & ἐκκλησίαν ſæpius diſcrepare uti negari non poteſt: *a* ita promiſcue aliquando uſurpari easdem voces in N. T. affirmamus *b*.

a. PolluxOnom. l.3.c.26.p.163. idem l.8.c.9.p.405. Confer: Suidas Lex. p. 853, 854. Ubbo Emmius in de Rep. Græcor: libr. p. 48. 49. Ammonij liber apud Stephanum.

b. contra Bellarmin. T. 2. l.3. de Eccleſia militante c.1. p. m. 43. & alios.

III.

Verba Græca Jacob. V. v. 15. καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ κύριος Vulgatus interpres barbare tranſtulit his verbis: Alleviabit eum Dominus.

v. Dn. D. Calov. in A. C. p. 691. Witak: de S. S. contr. 1. q. 2. p. 197. Cham. Panſtr. T.1.l.14.c.13.

IV.

Græcum Βαττολογεῖν Matth. VI. v. 7. Latino multum loqui ex aſſe haudquaquam reſpondere; *a* quemadmodum μεριμνᾶν Matt. X. v. 19. quod

quod per cogitare Vulgatus vertit, clarius reddere potuiſſe eundem interpretem aſſerimus.

a. contra Scultet. Exerc.L.2.c.30.p.86. v. Witak. de S.S. contr. 1. p.198. Bezam annot. in h. l. Grotium ad eund. Caſ. Ex.14.p.324. ſeqq. Capell vind. pro Caſaub. L.2. c. 11. p. 53, 54. conf. Dieter. antiq. Bibl. p. 52. ſeqq. Seld. Synt. de Diis Syris proleg. p. 52.

V.

Ευτραπελία urbanitatem abs ſe *a* denotat; Aliter tamen hoc vocabulum in Epiſtola ad Ephesios (c. V. v. 4.) reddi poſſe arbitramur. *b.*

a. Sic uſurpat Ariſt. l. 2. Eth. ad Nicom: c. 7 p. 85. & l. 4. c. 8. v. Suid. Lex. f. 1098.

b. Victor. Strigel. hypomn. in h. l. p. 255. v. Geminij ſive Zvvinglij Epiſtolam annexam editioni Cratandrinæ A. 1526, quam citat Dn. Dieter. antiq. Bibl.

In hac ſignificatione & apud profanos occurrit v. Suidas l. c. Pollux Onom. l. 6. c. 27. Pindarus Pyth. δ. e. 8. & Schmidius p. 194. in Pin. Pyth.

VI

Δέξαθαι apud profanos paſsive interdum uſurpari conſtat. *a* Idem verbum male Calvin:

 non-

nonnulli *b* Act: III. v. XXI. ita reddiderunt, ut ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι ipſis ſit: **Welcher mus vom Himmel umbfangen werden/c.**

a. Pind. Pyth. δ. στροφ. δ. Cleomed. l. 1. teſte Schmidio ad Pyth. δ. p. 190.

b. teſte Eckardi faſciculo Controv. c. 1. p. 24.

c. Sic eandem ſententiam diverſis tamen verbis circumloquuntur Calvinus in Act. Apoſt. p. 42. Martyr. T. 1. oper. f. 1517. t. 2. f. 1239. t. 3. f. 229. E. Pontif. Bell. l. 3. de Chr. c. 12. f. 159. Conf. Bezæ, Toſſani & Piſcatoris verſio in h. l. & Martinius contra Mentzerum.

VII.

ἐξουσία & δύναμις nimium quantum diſcrepant nonnullis e Reformatorum Schola Doctoribus: *a* præter rem tamen uſumq; dicendi magiſtrum *b*.

a. v. Jun. animad in Bell:
Zanchium diſput: de reſurr. th. 28. Lampadium cenſura Ubiquitatis citante B. Affelmann. cenſ. cenſ. Lamp. p. 83.

b. unde Heinſ. ἐξουσίαν & δύναμιν idem nonnunquam valere ſtatuit Ariſt. p. 543. Confer. de verbo ἐξουσιάζειν Grotium ad Matt. c. XX. f. 348.

VIII.

Falſiſsima Socinianorum Regula *a* illa eſt:

ſi Ao-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-374208-p0008-1

Aoriſtus adjungatur verbo præſentis temporis, tunc erit præſenter exponendus.

a. teſte Botſaceo contra Crell. Socin. p. 620. 621. conf. antiWiek: (qui ipſe Socinus eſt, uti fatetur epiſtola ad Oſtorodum p. 440. & Smaltzio contra Smiglecium p. 30. & alibi contra Schopperum) p. 429.

IX.

Fauſtus Socinus, rigoroſus nimium ſed infauſtus reformator, uti *Græcos fontes leviter admodum deguſtaſſe, Ebræos vix dum attigiſſe* a fateri cogitur: ita ſuam in Græcis literis ignorantiam aut malitiam manifeſte prodit, cum verba Græca Ebr. IX, 14. ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ. ipſi ſint b. *ſeipſum repræſentavit coram DEO immortalem.* A quo non diſcedit in verbi προσφέρειν expoſitione Smaltzius, c. & ipſe Socinianus.

a. reſponſ. ad defenſ. Franc. Puccij p. 49. ex quo Dn. D. Calov. conſid. Theol. Socin. p. m. 42.
b prælect. Theol. c. 24.
c. Smaltz. reſponſ. ad nova monſtra Smiglecij c. 28.

X.

Ἀνήνεγκεν 1. Petr. 2. 24. per abſtulit haudquaquam

quam exponi poteſt, quicquid hic non diſſentiente Socino *a* nugetur Smaltzius; *b* quorum priorem & ipſe Hugo Grotius refutavit *c*.

a. Prælect. Theol. c. 21. *b* tractat de div. CHRISTI c. 11. p. 67.
c. de Satisfactione c. 1.

XI.

Διά non ſemper eſt nota inſtrumenti, *a* contra Socinianos. *b.*

a. V. Reverendiſſim. Dn. D. Well. Gramm. Gr. p. 252. & alij
b Ita ſtatuere indefinite teſtis eſt Becmannus Ex: Theol. VII. p. 382.

XII.

Vocab ὥρα in N. T. pro diei certa parte ſæpius uſurpatur; neq; id tamen perpetuum eſt; *a* & vix apud antiquiſs. Græcos Scriptores ea in ſignificatione occurrit *b*. Lucianus in Gallo: ἥκειν ἐκέλευε τὴν ὥραν ἐπὶ τὸ δεῖπνον.

a v. Heinſ. Ariſtarch. p. 113. Dn. Dilherrum Electis p. 92. l. 1. c. 22. Conf. Grotium ad Matt. c. 24. f. 422.
b. Pollux Onomaſt: l. 1. c. 7. p. 19. & 20. idem c. 17. Scal. in de Emend: tempor. l. 1. p. 4, 5. Caſ. in Athen. p. 5. 123, 280. & 285.

תהלה לאלהים לעולם:

01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309

Sb.

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-374208-p0011-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-374208-p0012-3

10. 11

DEO TER OPTIMO MAXIMO
FELICITER ANNUENTE,

PRÆSIDE

M. JOHANNE ERICO OSTER-
MANNO, Græcarum Literarum P. P.
& Coll. Philoſoph. p. t. Decano,

ad D. II. MARTII

in Auditorio Majori

EX PHILOLOGICIS GRÆCIS

diſputabit publice

M. CHRISTIANUS BORNITIUS
Wurzenſis.

WITTEBERGÆ
TYPIS MICHAELIS Wendt.
ANNO cIɔ Iɔ C L.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-374208-p0013-8